[1]) *H QE unrichtig* expositionis. — *Oudin falsum textum* Litteris etiam expositionis *falso coniungit cum numero sequente.*

[2]) decem *om Oudin*

[3]) decem Metaphysicae *Oudin*

[4]) duos libros posteriorum *Oudin*

45 Item, De forma absolutionis sacramentali,[1]) ad Magistrum Ordinis.
46 Item, ad Urbanum Papam, Contra errores Graecorum.
47 Item, Declarationem XXXVI quaestionum, ad lectorem Venetum[2]).
48 Item, Declarationem XLIII[3]) quaestionum, ad Magistrum Ordinis.
49 Item, Declarationem VI quaestionum, ad lectorem Bisuntinum.
50 Item, De ente et essentia, ad fratres et socios suos.
51 Item, de mixtione elementorum.
52 Item, De motu cordis, ad Magistrum Philippum de Castrocaeli.
53 Item, De unitate intellectus, contra Averroistas.
54 Item, De aeternitate mundi, contra murmurantes.
Exposuit et
55 primam Decretalem de fide catholica, et
56 secundam Damnamus, ad instantiam Archidiaconi Tridentini.
57 Fecit et tractatum De articulis fidei et de Sacramentis Ecclesiae, ad Archiepiscopum Panormitanum.

III.

Alia quidem inveniuntur sibi attributa, quae tamen ipse non scripsit, sed post eum legentem vel praedicantem ab aliis sunt collecta, ut puta:
58 Lectura super Epistolam ad Corinthios, ab XI. capitulo usque ad finem, et
59 Expositio super primum De Anima, quas frater Reginaldus, eius socius, recollegit.
60 Iterum, Lectura super Iohannem, et
61 Super tres nocturnos[4]) Psalterii.
62 Collationes de oratione dominica, et
63 Symbolo.
64 Item, Collationes *(a)* dominicales et *(b)* festivae.
65 Item, Collationes[5]) de decem praeceptis, quas recollegit frater Petrus de Andria[6]).
66 Item, Lectura super Matthaeum incompleta[7]), quam partim idem frater, partim saecularis[8]) quidam recollegit, eius studio delectatus.

---

[1]) sacramentalis *Oudin*

[2]) *H* Venetorum.

[3]) *H unrichtig* Quatuor; *QE unrichtig* XL; *richtig* XLII. — *Bei Oudin fehlt die ganze Schrift.*

[4]) *H Oudin unrichtig* tertium nocturnum.

[5]) Collectiones *Oudin*

[6]) *H QE Oudin unrichtig* Adria.

[7]) *H QE Oudin unrichtig* completa.

[8]) Mißverständnis Trevets, der aus dem *scolaris* der Liste des Bartholomäus von Capua einen *saecularis* machte und die delectatio desselben gratis hinzugab. In Wirklichkeit hat die ganze *Lectura* Petrus de Andria nachgeschrieben.

§ 36. 16. Liste des Bernard Guidonis (= G) O. P.

Zwischen 1324—1326.

A Vat. lat. 3847, saec. XIV.
B Charleville 88, saec. XIV.
C Poitiers 255, saec. XV.
T = Tol. *Oudin* Cas., Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis. T. III, p. 272—276 (Lips. 1722).

Bernardus Guidonis, Legenda s. Thomae de Aquino, c. 54. — *De numero et nominibus librorum et tractatuum sancti Thomae.*

Donum autem[1]) scientiae et intelligentiae collatum divinitus sancto Thomae[2]) evidentius declaratur in[3]) multiplici eius opere scripturarum. Qui ut scriba doctissimus de thesauro cordis sui[4]) protulit nova et vetera, de Novo scilicet et Veteri Testamento, et abscondita diversarum scientiarum produxit in lucem. Numerus autem et nomina librorum et tractatuum ac operum eius, quae ad Dei laudem, et fidei dilatationem eruditionemque studentium, tam in philosophicis quam in divinis ipse conscripsit, in sequentibus conscribuntur. Scripsit enim

1 (T 1) Super quatuor libros Sententiarum scripta quatuor, primum videlicet, secundum, tertium et quartum; opus siquidem stilo[5]) disertum, intellectu profundum, intelligentia clarum, et novis articulis dilatatum.

1*a* Cumque post tres annos sui magisterii redisset in Italiam, tempore Urbani papae, existens Romae scripsit iterum scriptum

2 (T 70) Super primum Sententiarum, sicut testatur in Chronica sua dominus frater Ptolomaeus, episcopus Torsellanus[6]), qui discipulus et auditor eius[7]) fuit, asserens se vidisse illud in conventu Lucano; quod nunc non invenitur, quia clam[8]) sublatum fuisse creditur, et ideo[9]) non fuit multiplicatum.

---

[1]) Dominantem *falso Oudin*
[2]) Thomas *falso Oudin*
[3]) *om Oudin*
[4]) cordis sui] suo *C*
[5]) *om A*
[6]) Torcellanus *Oudin*
[7]) *om A*
[8]) furto *Oudin*
[9]) *om C*

3 (T 19) Scripsit etiam Summam totius theologiae,

quam pluribus articulis ampliavit, et aliter quam in scriptis suis prioribus secundum exigentiam materiae miro ac[1]) convenienti ordine, per quaestiones et articulos distinxit, subtilioribus rationibus ipsos determinans et declarans, quos sanctorum doctorum auctoritatibus roboravit; in quo opere cunctis theologiam scire desiderantibus sic utiliter laboravit, quod viam sciendi, intelligendi et comprehendendi facilem modum atque compendiosum prius[2]) ignotum adinvenit et tradidit, non absque infusione doni gratiae specialis.

3a Summam autem praedictam in tres partes distinxit, videlicet in Naturalem, Moralem et Sacramentalem; in quarum prima agit et definit de naturis rerum, et primo de divinis, secundo autem[3]) de rebus creatis, et intitulatur Prima Pars Summae. Secundam autem partem moralem divisit in duo volumina, in quorum primo agit et definit de virtutibus et vitiis in communi; et intitulatur Prima Secundae. In secundo vero volumine agit et determinat descendendo ad materias virtutum et etiam vitiorum in speciali; et intitulatur Secunda Secundae respectu eiusdem materiae. Est autem ornata philosophorum dictis et rationibus, et sanctorum auctoritatibus roborata. Tertia autem[4]) Pars Summae est quartum volumen eiusdem, quae ideo Sacramentalis vocatur, quia in ea agitur de sacramentis Christi et Ecclesiae et de toto mysterio Incarnationis Filii Dei; et intitulatur ultima Pars Summae; quia finis est aliorum, et ultimo facta fuit, in qua scribendi et vitae suae finem fecit, et morte praeventus incompletam reliquit.

4 (T 14) Scripsit etiam librum, qui intitulatur Summa contra Gentiles, quem quatuor libris distinxit.

Est autem opus[5]) stilo disertum[6]) et rationum novitate et subtilitate profundum; in quo praecipue opere, cum ipsum scriberet, frequenter inventus est a sensibus exterioribus sic abstractus, ut videretur totaliter divinis intentus.

Non autem absurdum alicui videatur, quod praefatus doctor tam in scriptis suis quam etiam in Summa saepius, ubi convenit ad propositum, utatur scientiis saecularibus et humanis philosophorum et ethnicorum, cum ab eodem intellectu divino subiecta omnium scientiarum prodeant, a quo divinae sapientiae veritates emanant, cui omnes scientiae iure subserviunt ut ancillae.

---

[1]) numero et *Oudin*

[2]) post *C*

[3]) *om C*

[4]) *om C*

[5]) *om A*

[6]) diserto *Oudin*

5—8 (T 6—9) Scripsit etiam, ad mandatum domini Urbani[1]) papae, Super quatuor Evangelia opus insigne, miro contextum ordine, ex dictis et auctoritatibus sanctorum, ex quibus sic uniuscuiusque evangelistarum quatuor continuavit historiam, quasi unius doctoris videatur esse lectura.

9 Fertur quoque scripsisse Expositionem super Evangelia dominicalia totius anni, quae vix aut rarissime reperiuntur[2]).

10 (T 18) Item, mandante sibi domino Urbano papa, dictavit et ordinavit totum Officium ecclesiasticum de corpore Christi, tam diurnum quam nocturnum, quam etiam missae.

11 (T 68) Scripsit quoque Postillam super Evangelium Iohannis, maxime super quinque capitula, stilo proprio[3]); residuum vero dicitur reportasse, ipso legente, frater Raynaldus, socius eius; quod[4]) postmodum idem Doctor correxit et approbavit.

12 (T 67) Scripsit etiam Postillas Super epistolam Pauli ad Romanos.

13 Item, Super epistolam ad Corinthios, [5])[Item, Super epistolam[6]) ad Hebraeos][5]), usque ad undecimum capitulum.

14 (T 67) Ab[7]) inde (I Cor 11, *falso* Hebr 11) vero sunt postillae eius super sequentes epistolas Pauli reportatae per praedictum socium suum post ipsum legentem, quas idem Doctor fertur postmodum correxisse.

15 (T 69) Scripsit etiam Super Isaiam postillam, quae raro invenitur, in cuius passu quodam textus[8]) difficili post orationes et lacrimas eius sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, qui ipsum instruxerunt, habuit visionem.[9])

16 (T 16) Scripsit[10]) quoque Super Iob ad litteram, quem nullus doctor[11]) litteraliter sic[12]) sicut ipse exponere attentavit.

---

[1]) *om Oudin*

[2]) reperitur *Oudin*

[3]) stilo proprio *transp B*

[4]) *om A* quem *C*

[5–5]) *expunxi errorem ipsius Bernardi Guidonis.*

[6]) Pauli *add B*

[7]) Ad *Oudin*

[8]) textu *C*

[9]) Cf. *Thocco,* Vita s. Thomae, c. 6, n. 32; AA. SS. Mart., I, 670.

[10]) etiam *add Oudin*

[11]) doctorum *A*

[12]) *om Oudin*

17 Scripsit etiam Super Ieremiam, et
18 Super Threnos, et
19 Super Cantica Canticorum.
20 Frater vero Raynaldus, socius eius, dicitur reportasse Postillam super tres nocturnos Psalterii, ipso legente, quae incipit: In omni opere[1]) suo dedit confessionem sancto.

21 Item[2]), idem[3]) reportavit ipso legente[4]) Super primum librum de Anima.

22 Lecturam vero super Matthaeum, quae defectiva est, frater Petrus de Andria dicitur reportasse.

23 (T 5, 21, 15, 20*e*, 20*d*, 20*c*) Scripsit etiam idem Doctor non[5]) parva volumina Quaestionum de diversis materiis, per diversos articulos distinguens et prosequens et elucidans veritatem, quae intitulantur *(a)* Quaestiones de veritate. *(b)* Item, Quaestiones de potentia Dei[6]). *(c)* Item, Quaestiones de Anima. *(d)* Item, Quaestiones de Virtutibus. *(e)* Item, Quaestiones de Malo. *(f)* Item, Quaestiones de Spiritualibus creaturis.
24 (T 66) Item scripsit XI Quodlibet disputata. Scripsit[7]) etiam super philosophiam Aristotelis,

25 (T 11) Super librum[8]) Physicorum,
26 (T 13) Super Metaphysicam,
27 (T 22) Super tres libros de Caelo et Mundo,
28 (T 23) Super librum de Generatione et Corruptione,
29 Super duos libros Metheororum,
30 Super secundum et tertium de Anima,
31 Super librum de Sensu et Sensato,
32 Super librum de Memoria et Reminiscentia,
33 (T 12) Super librum[9]) Ethicorum,

---

[1]) tempore *falso C*
[2]) *om Oudin*
[3]) *om A* Frater Raynaldus *Oudin*
[4]) ipso legente *om BC Oudin*
[5]) duo *C*[1]
[6]) *b) om Oudin*
[7]) Sicut *Oudin*
[8]) libros *Oudin*
[9]) libros *Oudin*

34 (T 24) Super quatuor libros Politicorum,
35 (T 60) Super librum de causis[1]) et propositiones Proculi[2]).
36 (T 64) Super librum[3]) primum et secundum Posteriorum,
37 (T 65) Super librum Perihermenias.

37*a* Cap. 55. *Sequitur de opusculis sancti Thomae*[4]). Scripsit etiam sanctus Thomas[5]) doctor diversos tractatus et libellos, ad instantiam diversarum personarum, quibus, sicut[6]) ei[7]) mittebant dubia, dabat ipse de veritate de responsa. Qui tractatus collecti[8]) in unius voluminis corpore, ipsum efficiunt satis magnum, et intitulantur communiter opuscula sancti Thomae, et possunt ordinari[9]) in uno volumine ad beneplacitum ordinantis, quia unus ab alio non dependet. Sunt autem numero circiter quadraginta, paulo[10]) plus minusve, quorum nomina et principia in sequentibus subnectuntur[11]), videlicet:
38 (T 4) Tractatus De principiis naturae, ad fratrem Silvestrum, qui incipit: Quoniam quoddam[12]) potest esse[13]) licet non sit.
39 (T 56) Tractatus De natura materiae, qui incipit: Quoniam de principiis sermo habitus est.
40 Tractatus De quatuor[14]) oppositis, qui incipit:[15]) Quoniam quatuor sunt[16]) oppositiones.
41 (T 53) Tractatus De principio individuationis, qui incipit:[15]) Quoniam duae sunt potentiae cognoscitivae in homine.
42 (T 51) Tractatus De natura instantis seu De instantibus, qui incipit: Quoniam omnem durationem concomitatur instans.

---

[1]) de causis *om A*
[2]) Procli *Oudin*
[3]) libros *Oudin*
[4]) doctoris *add B*
[5]) *om Oudin*
[6]) scilicet dum *Oudin*
[7]) *om Oudin*
[8]) recollecti *A Oudin*
[9]) coordinari *Oudin*
[10]) *om C*
[11]) subnotantur *Oudin*
[12]) quid⟨d⟩am *BC* quaedam *Oudin*
[13]) etiam *add B*
[14]) *om A*
[15]) *om Oudin*
[16]) quatuor sunt *transp C*

43 Tractatus De verbo seu [1])De natura Verbi, qui incipit: Ad intellectum huius nominis, quod dicitur verbum.

44 (T 53) Tractatus[1]) De natura verbi intellectus, [2])qui incipit: Quoniam circa naturam verbi intellectus[2]), sine quo imago Trinitatis non invenitur in homine expressa.

45 (T 26) Tractatus De motibus[3]) corporis seu De actionibus et operationibus occultis naturae, ad quendam militem ultramontanum, qui incipit: Quoniam in quibusdam naturalibus corporibus.

46 (T 42) Tractatus De motu cordis, ad magistrum Philippum de Castro Caeli, qui incipit: Quoniam omne[4]) quod movetur.

47 (T 3) Tractatus De quidditate entium, seu De ente[5]) et essentia, ad fratres et socios, qui incipit: Quoniam parvus error in principio.

48 Tractatus De demonstratione, qui incipit: Ad habendum cognitionem.

49 (T 62) Tractatus De fallaciis, ad quosdam nobiles artistas, qui incipit: Quia logica est rationalis[6]) scientia.

50 (T 28) Tractatus De angelis seu De substantiis separatis, ad Fratrem Raynaldum, qui incipit: Quia sacris Angelorum solemniis.

51 (T 31) Tractatus contra errorem[7]) Averroistarum de unitate intellectus, qui incipit: Sicut[8]) omnes homines naturaliter scire desiderant.

52 (T 29) Tractatus De sortibus, utrum sortibus sit utendum, ad dominum Iacobum de Burgo, qui incipit: Postulavit a me vestra dilectio.

53 (T 27) Tractatus De iudiciis astrorum, utrum liceat eis uti, ad fratrem Raynaldum, qui incipit: Quia petisti[9]) ut tibi scriberem.

[1—1]) De natura Verbi, qui incipit: Ad intellectum huius nominis, quod dicitur verbum. Tractatus *om C*

[2—2]) qui . . . intellectus *om B ob homoioteleutian.*

[3]) naturalibus *add A Oudin*

[4]) esse *C*

[5]) esse *Oudin*

[6]) rationis *Oudin*

[7]) errores *Oudin*

[8]) *om A*

[9]) iussisti *Oudin*

54 (T 37) Tractatus De regimine Iudaeorum, ad ducissam Brabantiae, qui incipit: Excellentiae vestrae recepi litteras.

55 (T 38) Tractatus Responsionum ad quadraginta tres[1]) articulos, ad magistrum ordinis, qui incipit: Reverendo in Christo Patri.

56 (T 39) Tractatus in quo continetur Responsio ad multos articulos, ad fratrem Geraldum[2]), lectorem Bisuntinum, qui incipit: Carissimo sibi in Christo.

57 (T 36) Tractatus in quo continetur Responsio ad triginta sex articulos, ad lectorem Venetum, qui incipit: Lectis litteris vestris inveni.

58 (T 35) Tractatus ad Urbanum papam Contra errores Graecorum, qui incipit: Libellum ab Excellentia vestra mihi exhibitum.

59 (T 41) Tractatus De regimine principum, ad regem Cypri, qui incipit: Cogitanti mihi, quid offerrem regiae Celsitudini dignum.

60 (T 61) Tractatus De propositionibus modalibus, qui incipit: Quia propositio modalis.

61 (T 32) Tractatus De aeternitate mundi, utrum possit esse ab aeterno, qui incipit: Supposito secundum fidem catholicam.

62 (T 50) Tractatus continens Expositionem [3])symboli Credo in Deum, qui incipit: Primum quidem est necessarium christiano.

63 (T 49) Tractatus continens Expositionem[3]) salutationis angelicae Ave gratia plena, qui incipit: In salutatione ista continentur tria (Ista salutatio triplicem partem *edd.*).

64 Tractatus continens Expositionem orationis dominicae Pater noster, qui incipit: Inter alias orationes dominica oratio principalior invenitur.

65 (T 34) Tractatus de articulis fidei et Ecclesiae sacramentis, ad archiepiscopum Panormitanum, qui incipit: Postulavit[4]) a me vestra dilectio[5]), ut de articulis fidei et Ecclesiae sacramentis.

---

[1]) *recte* duos.

[2]) Gerardum *B Oudin,* Girardum *C*

[3–3]) symboli . . . Expositionem *om BC, Oudin sed erronee; cf. QE I, 333, 6.*

[4]) Postulat *Oudin*

[5]) dilectio vestra *Oudin*

66 (T 30) Tractatus in quo continetur Brevis declaratio quorumdam articulorum fidei[1]), quos impugnant Graeci et Armeni et Sarraceni, ad cantorem Antiochenum, qui incipit: Beatus Petrus apostolus.

67 (T 34) Tractatus continens[2]) Expositionem primae decretalis De summa Trinitate, Firmiter credimus, qui incipit: Salvator noster.

68 Tractatus continens[2]) Expositionem secundae decretalis Damnamus et reprobamus, qui incipit: Exposita forma catholicae fidei.

69 (T 47) Tractatus De perfectione vitae spiritualis, qui incipit: Quoniam quidam perfectionis ignari[3]).

70 (T 46) Tractatus de forma absolutionis sacramentalis, ad magistrum ordinis, qui incipit: Perlecto[4]) libello.

71 (T 45) Tractatus De mixtione elementorum, qualiter sunt in mixto, ad magistrum Philippum, qui incipit: Dubium apud multos esse solet.

72 Tractatus continens Expositionem super librum Boetii De hebdomadibus, qui incipit: Praecurre prior in domum tuam.

73 (T 59) Tractatus super librum Boetii De Trinitate, qui incipit: Ab initio nativitatis meae investigabo.

74 (T 58) Tractatus continens Expositionem librorum Dionysii De divinis nominibus.

75 (T 44) Tractatus De perfectione christianae religionis, qui incipit: Christianae religionis propositum.

76 (T 2) Tractatus Contra impugnantes religionem, videlicet contra Guilielmum[5]) de Sancto Amore et sequaces eius, qui incipit: Quoniam[6]) ecce inimici tui sonuerunt.

77 (T 40) Tractatus, qui intitulatur Compendium theologiae, ad fratrem Raynaldum, qui incipit: Aeterni Patris Filium.

78 (T 48) Tractatus De praeceptis, quia lex amoris fuit homini necessaria, qui incipit: Tria sunt homini necessaria.

79 (T 43) Tractatus De fato, qui incipit: Quaeritur de fato an sit.

---

[1]) *om A*

[2]) consequens *erronee AC*

[3]) *om A*

[4]) Pro lecto *falso Oudin*

[5]) Guillermum *B*

[6]) *om edd*

§ 37. 17. Liste des Peter Roggerii O. S. B. (Rog) = Clemens VI.

Nach 1324 Mitte.

Abgedruckt bei: Ioannis *Launoii* Opera omnia, t. II, pars II, p. 522. — *Oudin* Cas., Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis. T. III (Lips. 1722), p. 276, 277. — *Natalis Alexander,* Summa sancti Thomae vindicata, p. 48. — *Quétif-Echard,* Scriptores O. P., I, p. 293, wo aus Versehen die Nummern 25—28 ausgefallen sind. — *Mandonnet,* Ecr. auth.,[2] p. 76, 77.

G = Bernardus Guidonis.

De laudibus sancti Angelici Doctoris, Thomae Aquinatis:[1]) . . .

Dico quarto, quod est valde fertilis, etc. Non enim scripsit unum librum solum; immo mirabile fuit, quomodo in tam parvo tempore quo vixit, tot opera componere potuit.

Scripsit enim tam super Sententias, quam alias quaestiones sexdecim volumina[2]), scilicet:

1 (G 1) Quatuor scripta super Sententias.
2 (G 3) Quatuor libros in Summa.
3 (G 4) Contra Gentiles.
4 (G 23) Quaestiones *(a)* De Veritate, *(b)* item, quaestiones de Potentia Dei, *(c)* item, quaestiones de Anima, *(d)* item, quaestiones de Virtutibus, *(e)* item, quaestiones de Malo, *(f)* item, quaestiones de spiritualibus creaturis;
5 (G 24) item, undecim quodlibeta disputata.

Scripsit etiam super Bibliam:
6—9 (G 5—8) Super quatuor Evangelia
ex puris Sanctorum auctoritatibus mirabile opus connexum, ac si per unum hominem omnia essent dicta;
10 (G 11) item, Postillas super Evangelium Iohannis;
11 (G 12) item, Super epistolas ad Romanos,
12 (G 13) ad Corinthios, et
13 (G 13) [ad Hebraeos][3]);
14 (G 15) item, Super Isaiam;
15 (G 16) item, Super Iob;
16 (G 17) item, Super Ieremiam;
17 (G 18) item, Super Threnos;
18 (G 19) item, Super Cantica.

---

[1]) Inter sermones Clementis VI., quorum collectionis hic titulus: „Diversa sermonum themata festorum Dei, Beatae Mariae Virginis et aliorum Sanctorum, et alia quaedam secundum diversos eventus rerum ac temporum, facta, ordinata et praedicata diversis temporibus per Dominum Clementem Papam sextum, temporibus suorum Archiepiscopatus, Cardinalatus ac etiam Papatus, ut qui legerit, possit invenire.“ *Oudin,* III, 276.

[2]) *Litterâ grossâ* conscripta in bibl. Avignonensi contenta? Cf. *Ehrle,* Hist. bibl. Rom. Pont., I (1890) 303.

[3]) *In errorem ductus per Bernardum Guidonis.*

Et super Philosophiam:
19 (G 25) Super libros Physicorum,
20 (G 26) Metaphysicae,
21 (G 27) Super quatuor libros de Caelo,
22 (G 28) Super librum de Generatione, et
23 (G 29) Super duos Metheororum,
24 (G 30) Super secundum et tertium de Anima,
25 (G 31, 32) Super aliquos parvos naturales,
26 (G 33) Super librum Ethicorum,
27 (G 34) Super quatuor Politicae,
28 (G 35) Super librum de Causis.

Super Logicam:
29 (G 36) Super librum Posteriorum,
30 (G 37) Super librum Perihermenias.
31 (G 38—79) Item sunt parva opuscula circiter quadraginta.

§ 38. 18. Liste des heil. Antoninus O. P. (Ant).

15. Jahrhundert.

Divi *Antonini,* archiepiscopi Florentini *Chronicorum* tertia pars. Titulus 18, c. 11. (Ed. Lugdun. 1586, t. III, p. 84—86.) — *Oudin* Cas., Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis. T. III (Lips. 1722), p. 277—280.

Libri D. Thomae editi, et primo summa theologiae ipsius cuius hic capita breviter traduntur.

§ I.

Hi sunt libri ab eo editi. Scripsit
1 summam theologiae
doctor angelicus, quam tripartivit in naturalem, moralem et sacramentalem. Et in *prima parte* agit de divinis, exinde de rebus creatis a Deo. Et de divinis agendo, tractat primo de divina essentia et perfectionibus eius, ut scilicet de simplicitate, immutabilitate, aeternitate: De potentia eius, sapientia, providentia, praescientia, praedestinatione, bonitate eius, iustitia et misericordia. — Ibi etiam de trinitate seu divinis personis et proprietatibus earum. De generatione filii aeterna, et de processione spiritus sancti. — Quantum vero ad res creatas, tractat de opere sex dierum. De creatione angelorum bonorum et malorum, et de conditionibus eorum et lapsu. Et de anima humana et potentiis eius.
Secundam partem huius summae propter eius magnitudinem distinguit in duo volumina. Et primum dicitur *prima secundae,* id est prima pars secundae partis. Aliud allegatur *secunda secundae.* — Et in *prima secundae* tractat de beatitudine multiplici. De passionibus animae, De peccatis in genere, et de originali, actuali, mortali, et veniali, et de ⟨causis⟩[1]

[1]) *Ita correxi τὸ* casibus *editi. De facto S th* 1 II *qq 77—81 sermo est de* causis *diversorum peccatorum, qq 85—87 de eorundem* effectibus.

et effectibus eorum. — Exinde de virtutibus in genere. De gratia, quid sit: et de effectibus eius: et de divisione multiplici. — Postmodum de lege multiplici: divina, naturali, mosayca, evangelica, positiva, scilicet canonica et civili: et de lege membrorum.

In *secunda secundae* agit de virtutibus et vitiis in specie, scilicet de tribus virtutibus theologicis, fide, spe, et caritate: et quatuor cardinalibus: prudentia, iustitia, fortitudine, et temperantia, et partibus earum, idest virtutibus eis adnexis. Et hoc ordine. Primo agit de virtute incipiendo a fide: tractando de obiecto seu materia eius, et de actu ipsius et effectu. Postea de vitio ei opposito, ut de infidelitate, et gravitate talis vitii, et aliis pertinentibus ad ipsum vitium. Postea de dono correspondente dictae ipsi virtuti, dono scilicet spiritus sancti. Et de beatitudine etiam illi correspondente. Et sic de aliis virtutibus tractat in particulari et vitiis oppositis, ut nullam praetermittat intactam, aut vitium indiscussum. Et post haec in eadem parte agit de diversis statibus hominum, et de gratiis gratis datis; et de statu clericorum, saecularium, episcoporum, et religiosorum.

In *tertia parte* huius summae agit de mysterio incarnationis et pertinentibus ad eam, et de adventu eius in carnem, De conceptione corporis eius, De anima eius et plenitudine gratiae eius et virtutum, De sapientia ipsius Christi, De nativitate, circumcisione, apparitione, praesentatione in templo, De conversatione eius et vita, De doctrina eius et miraculis, De adoratione, De tentatione eius, De baptismo eius, De transfiguratione, De passione eius et cruce, De morte et descensu ad inferos, De resurrectione, De ascensione, de iudiciaria potestate sibi tradita. — Exinde in eodem volumine agit de sacramentis veteris et novae legis usque ad sacramentum poenitentiae: de quo aliqua scripsit: sed morte praeventus non complevit istam tertiam partem, quae completur assumendo „misericordias“ in residuo dictae partis ex dictis eiusdem super quartum sententiarum, ubi agitur de sacramentis, et ex summa contra gentiles.

In tota autem summa tenet ordinem istum in procedendo. Distinguit enim quemlibet horum librorum per *quaestiones*. Nam prima pars habet quaestiones, prima secundae quaestiones, secunda secundae quaestiones, tertia pars quaestiones. Quaelibet autem harum quaestionum habet *articulos* plures vel pauciores. Et in quolibet articulo sic proceditur. Primo ponit *argumenta contra veritatem materiae*[1]. Et communiter tria ponit: aliquando etiam plura »argumenta«. Exinde inducit *authoritatem* unam vel *rationem irrefragabilem* continentem veritatem *materiae*[2]. Tertio declarat materiam plene, et dicitur illud *corpus quaestionis*[3]. Quarto respondet ad »argumenta«, ipsa solvendo.

Quia ipsa summa maioris est authoritatis et magis allegatur: ideo materias eius magis distinxi. De aliis libris eius solum nominando referam.

---

[1]) i. e. difficultates.

[2]) Dicens: *sed contra est.*

[3]) vel *corpus articuli* vel *corpus* simpliciter.

D. Thomas in lib⟨ros⟩ sententiarum, quid scripserit, et alia opera eius.

§ II.

Idem doctor fecit

2 super quatuor libros sententiarum scripta quatuor: Primum, secundum, tertium et quartum, multum prolixum.

Opus horum stylo disertum, intellectu profundum, intelligentia clarum, et novis articulis dilatatum.

Cumque post tres annos sui magisterii rediisset in Italiam, tempore Urbani Papae exsistens Romae[1]) scripsit

3 iterum super primum sententiarum: sicut testatur in chronico suo Dominus frater Ptolemaeus episcopus ⟨Torcellanus⟩[2]): qui ex discipulis eius fuit et auditor: asserens se vidisse illud in conventu Lucano[3]): quod nunc non invenitur: quia clam ablatum fuisse creditur: et ideo non fuit multiplicatum.

Scripsit et librum, qui intitulatur

4 summa contra gentiles: quem in quatuor libros distinxit in uno tamen volumine.

Est autem opus hoc stylo disertum, et rationum novitate et subtilitate profundum. In quo opere dum scriberet, frequenter inventus est sic ab exterioribus sensibus abstractus, ut videretur totaliter in divinis absorptus. Nec videatur alicui absurdum, quod sanctus doctor tam in scriptis, quam in summa saepius, ubi saepius ad propositum venit, utatur scientiis saecularibus, et verbis ethnicorum philosophorum[4]), cum

---

[1]) Urbanus IV. papa regnavit 1261—1264, et nunquam Romam venit. *Ptolomaeus Lucensis* narrat, s. Thomam „post tres annos sui magisterii" rediisse „in Italiam, tempore videlicet Urbani IV." (hist. eccl., l. 22, c. 22).

[2]) Corsellanus *erronee editum.*

[3]) Hist. eccl., l. 23, c. 15, et iterum (l. c. c. 24): „Tunc Frater Thomas redit de Parisiis ex certis causis, et ad petitionem Urbani multa fecit et scripsit." Ergo s. Thomas non ante a. 1261 in Italiam redire poterat. Cum autem ca. a. 1256 Magister creatus sit, usque ad a. 1261 non *tres* anni (n. 2) transierant, ut censent Ptolomaeus et s. Antoninus, sed plures. — S. Antonini sententia, s. Thomam tunc „Romae" exstitisse, factis non videtur congruere. Nam prope Urbanum IV. fuit, qui Romam non ingressus est, sed electus Viterbii, residebat in Urbe Veteri (Orvieto), ubi usque ad 9. Septembrem 1264 remansit. Conradus de Suessa O. P. in processu canisationis eiusdem c. 5, n. 47; *Aa Ss,* Mart., I, 701) testatur, se cum s. Thoma conversatum fuisse Neapoli, Romae, „et in Urbe Veteri tempore fel. record. Domini Urbani Papae". Ergo s. Antoninus videtur errasse dicens, s. Thomam tunc „Romae" exstitisse, cum de facto fuerit in Orvieto. Haec consonant cum relatione Ptolomaei (loco superius citato), eundem Parisiis „in *Italiam*" rediisse. — Cf. *Endres* J. A., Thomas von Aquin (1910), 42.

[4]) Id quod tempore s. Thomae displicuit hominibus nimis conservativis, methodo augustinianae aequo nimius inclinatis.

ab eodem intellectu divino substantia omnium scientiarum prodeat, a quo divinae scientiae[1]) veritates emanant: cui omnes scientiae iure subserviunt[2]), ut ancillae dominae.

Scripsit insuper ad mandatum Urbani Papae quarti opus insigne

5—8 super quatuor evangelia, miro contextum ordine, ex dictis authoritatibus sanctorum doctorum. Ex quibus sic uniuscuiusque evangelistarum quatuor continuavit historiam, ut quasi e doctoribus videatur esse lectura.

Fertur quoque fecisse

9 expositionem super evangelia dominicalia totius anni, quae vix aut rarissime invenitur. Ego credo me vidisse, sed talem, quod, ut mihi videtur, est excerpta ex praedicto opere super evangelia quatuor.

Mandante quoque eodem Urbano composuit

10 totum officium tam diurnum quam nocturnum festi corporis Christi, ac etiam missae.

Scripsit quoque

11 postillam super evangelium Ioannis, maxime super quinque capita stylo proprio. Residuum dicitur ⟨re⟩portasse[3]) frater Reginaldus, socius eius, ipso legente, quod postmodum idem doctor correxit et approbavit.

Scripsit etiam postillam

12 super epistolas Pauli ad Romanos,

13 ad Corinthios

14 ad Hebraeos usque ad XI. capitulum.[4])

15 et super alias epistolas Pauli; reportatae sunt per praedictum Reginaldum socium eius post ipsum legentem: quas idem doctor fertur postea correxisse.

Scripsit

16 postillam super Isaiam, quae raro invenitur.

In cuius expositione . . .

17 Scripsit super Job ad literam, quod nullus doctor prius attentaverat . . .

18 Scripsit etiam super Hieremiam

19 et Threnos,

20 et super Cantica canticorum, multum tamen breviter et ad literam.

Circa finem vitae scripsit

21 super tres nocturnos psalterii.

Frater Reginaldus dicitur reportasse ipso legente postillam, quae incipit: In omni opere dedit confessionem (= 21).

22 Lecturam quoque super Matthaeum, quae defectiva est, dicitur reportasse frater Petrus de Hadria (*recte* de Andria).

23 Idem super librum de anima primum frater Reginaldus reportavit.

---

[1]) theologiae.

[2]) principiis tamen propriis innixae et methodo propria utentes.

[3]) *Ita correxi* deportasse *editi.*

[4]) De hoc errore cf. Guid, n. 13.

Scripsit etiam idem doctor non parva volumina quaestionum de diversis materiis, per diversos articulos distinguens et prosequens veritatem: quae intitulantur

24 quaestiones de veritate.
25 Item quaestiones de potentia Dei.
26 Item quaestiones de anima.
27 Item quaestiones de virtutibus.
28 Item quaestiones de malo.
29 Item quaestiones de spiritualibus creaturis.
30 Item scripsit duodecim quodlibeta disputata.

Scripsit etiam super philosophiam Aristotelis,

31 super libros Physicorum,
32 super Metaphysicam,
33 super tres libros de caelo et mundo,
34 super librum de generatione et corruptione,
35 super libros duos meteororum,
36 super secundum et tertium de anima,
37 super librum de sensu et sensato,
38 super librum de memoria et reminiscentia,
39 Super librum ethicorum,
40 Super quatuor libros politicorum,
41 Super librum de causis et propositionibus Procli,
42 super librum primum et secundum posteriorum,
43 super librum perihermenias.

Scripsit etiam idem doctor diversos tractatus ... et intitulantur communiter opuscula Beati Thomae. Sunt autem numero circiter quadraginta, quorum nomina et principia in sequentibus subnectuntur. Et quia unus non dependet ab alio, possunt ad beneplacitum ordinari in uno volumine. Sunt ergo hi tractatus.

44 De principiis naturae ad fratrem Silvestrum, qui incipit: Quoniam quidem (*falso pro* quiddam) potest esse, licet non sit.[1])
45 Tractatus de quatuor oppositis, qui incipit: Quoniam quatuor sunt oppositiones.
46 Tractatus de principio individuationis, qui incipit: Quoniam duae sunt in homine potentiae.
47 Tractatus de natura instantis seu de instantibus, qui incipit: Quoniam omnem.
48 Tractatus de verbo seu natura verbi, qui incipit: Ad intellectum huius nominis, quod dicitur verbum.
49 Tractatus de natura verbi intellectus, qui incipit: Quoniam circa naturam verbi intellectus, sine quo imago trinitatis non invenitur in homine expressa.
50 Tractatus de motibus naturalibus corporis seu de operationibus et actionibus occultis naturae ad quemdam militem, qui incipit: Quoniam in quibusdam naturalibus corporibus.

---

[1]) *Oudin* omittit initia opusculorum.

51 Tractatus de motu cordis ad magistrum Philippum, qui incipit: Quoniam omne quod movetur.

52 Tractatus de quidditate entium seu de ente et essentia, ad fratres et socios, qui incipit: Quia parvus error in principio.

53 Tractatus de fallaciis ad quosdam nobiles artistas, qui incipit: Quoniam logica est rationalis scientia.

54 Tractatus de angelis seu de substantiis separatis ad fratrem Reginaldum, qui incipit: Quia sacris angelorum solemniis.

55 Tractatus contra errores Averroistarum de unitate intellectus, qui incipit: Sicut omnes homines naturaliter scire desiderant.

56 Tractatus de sortibus, utrum sortibus sit utendum, ad Dominum Iacobum de Burgo, et incipit: Postulavit a me vestra dilectio.

57 Tractatus de iudiciis astrorum, utrum liceat uti eis, ad fratrem Reginaldum, qui incipit: Quia petisti, ut scriberem.

58 Tractatus de regimine Iudaeorum ad ducissam Brabantiae, qui incipit: Excellentiae vestrae recepi literas.

59 Tractatus responsionum ad quadraginta duos articulos ad magistrum ordinis, qui incipit: Reverendo in christo patri.

60 Tractatus, in quo continetur responsio ad multos articulos ad fratrem Gerardum lectorem Bisuntinum, qui incipit: Carissimo sibi in christo fratri.

61 Tractatus in quo continetur responsio ad triginta sex articulos, ad lectorem Venetum, qui incipit: Lectis literis vestris inveni.

62 Tractatus ad Urbanum Papam contra errorem Graecorum, qui incipit: Libellum ab excellentia vestra mihi exhibitum.

63 Tractatus de regimine principum, ad regem Cypri, qui incipit: Cogitanti mihi, quid offerrem regiae celsitudini.

64 Tractatus de propositionibus modalibus, qui incipit: Quia propositio modalis.

65 Tractatus de aeternitate mundi, utrum scilicet possit esse ab aeterno, qui incipit: Supposito secundum catholicam fidem.

66 Tractatus continens expositionem symboli Credo, qui incipit: Primum quod est necessarium Christiano.

67 Tractatus continens expositionem salutationis angelicae, scilicet Ave Maria, qui incipit: In salutatione ista continentur tria.

68 Tractatus continens expositionem orationis dominicae Pater noster, qui incipit: Inter alias orationes dominica oratio.

69 Tractatus de articulis fidei et ecclesiae sacramentis ad archiepiscopum Panormitanum, qui incipit: Postulavit a me dilectio vestra.

70 Tractatus in quo continetur brevis declaratio quorundam articulorum, quos impugnant Graeci, Armeni et Saraceni, ad cantorem Antiochenum, qui incipit: Beatus Petrus apostolus.

71 Tractatus continens expositionem primae decretalis de summa Trinitate et fide catholica, qui incipit: Salvator noster.

72 Tractatus continens expositionem secundae decretalis de summa trinitate et fide catholica, scilicet illius: Damnamus et reprobamus, qui incipit: Exposita forma.

73 Tractatus de perfectione vitae spiritualis, qui incipit: Quoniam quidam perfectionis ignari.
74 Tractatus de forma absolutionis sacramentalis in confessione, ad magistrum ordinis, qui incipit: Perlecto libello.
75 Tractatus de mixtione elementorum ad magistrum Philippum, qui incipit: Dubium apud multos solet esse.
76 Tractatus continens expositionem libri Boethii de hebdomadibus, qui incipit: Praecurre prior in domum tuam.
77 Tractatus super librum Boethii de trinitate, qui incipit: Ab initio nativitatis meae investigabo.
78 Tractatus continens expositionem librorum Dionysii de divinis nominibus.
79 Tractatus contra impugnantes religionem praecipue mendicantium, videlicet Gulielmum de sancto Amore et sequaces eius, qui incipit: Quoniam ecce inimici tui Deus sonuerunt.
80 Tractatus de perfectione religionis christianae, qui incipit: Christianae religionis propositum.
81 Tractatus, qui intitulatur Compendium theologiae, ad fratrem Reginaldum, qui incipit: Aeterni patris verbum.
82 Tractatus de praeceptis, quod lex amoris fuit homini necessaria, qui incipit: Tria sunt homini necessaria.
83 Tractatus de fato, qui incipit: Quaeritur de fato.

Et ex his patet, quod postillae
84 super Genesim et
85 Ecclesiastem, quas vidi sibi intitulatas, et
86 compendium quoddam theologiae quod incipit: Theologicae facultatis (?), quod etiam beato Thomae aliqui intitulant, non sunt eius, cum non connumerentur inter istos supradictos. Compendium enim, quod beatus Thomas edidit, de quo supra facta est mentio, aliter incipit, et est multo brevius et de paucis tractat. Sed illud quod incipit: Theologicae, de omnibus pene brevissime tractat materiis theologiae: De divinis, De creaturis, angelis et hominibus et aliis rebus creatis, De incarnatione, De peccatis, De virtutibus, gratia et donis et praeceptis et consiliis, sacramentis et finali iudicio, Antichristo, resurrectione ultima, et gloria et poenis alterius vitae, sed brevi volumine. Sed nec Alberti Magni est, ut alii quidam dicunt, sed cuiusdam alterius doctissimi viri, qui dictus est frater Thomas.[1])

---

[1]) Das vom heil. Antoninus erwähnte zweite *Compendium theologiae,* welches anfängt: Theologicae veritatis, und dessen genauer Titel lautet: *Compendium theologicae veritatis,* stammt weder vom heil. Thomas noch, wie Antoninus meint, von einem andern „frater Thomas", sondern vom Dominikaner Hugo von Straßburg. Es wurde um 1265 verfaßt. Vgl. L. *Pfleger,* Der Dominikaner Hugo von Straßburg und das Compendium theologicae veritatis (Zeitschrift für kath. Theol., XXVIII, 1904, S. 429—440). — M. *Grabmann,* ebenda XXIX, 1905, S. 321—330. — *Mandonnet,* l. c. 86. — Jedoch wird Hugos Compendium in den Handschriften häufig mit Thomas' Compendium verwechselt und fälschlich dem Aquinaten zugeschrieben.

§ 39. 19. Liste des Johann von Colonna O. P. (Col).

Nach 1323.

Venetiis, Bibl. Marciana, Cl. X, n. 58.
Roma, Bibl. Casan., XX, VI, 34. *Kopie des Ven. Ms.*
Roma, Bibl. Barber., 142 (1007). *Mandonnet,* p. 97, not. 1.
De Rubeis, De gestis et scriptis ac doctrina S. Thomae Aquinatis, dissertatio II, c. 1.

Scripsit autem hic incomparabilis Doctor

1 super Isaiam,
2 super Ieremiam,
3 super Threnos,
4 super Iob ad litteram, opus quidem mirabile. Ista superius scripsit super libros Veteris Testamenti.
Super libros autem Novi, haec scripsit quae sequuntur: primo
5—8 super quatuor Evangelia ad Urbanum papam, opus incomparabile;
9 super epistolam ad Romanos,
10 super primam epistolam ad Corinthios; et licet raro reperiantur, tamen a fide dignis audivi, quod ipse scripserit
11 super omnes epistolas Pauli.

12 Summam contra Gentiles fecit;
13 summam Theologiae, quam divisit in quatuor volumina;

14 super Dionysium de divinis nominibus;
15 super Boethium de hebdomadibus;
16 super eundem de Trinitate;

17 Questiones *(a)* de veritate, *(b)* de spiritualibus creaturis, *(c)* de potentia Dei, *(d)* de virtutibus, *(e)* de anima;
18 quodlibeta undecim.

19 Super octo libros Physicorum;
20 super tres libros de Caelo et Mundo;
21 super primum de Generatione et Corruptione;
22 super duos libros Meteororum;
23 super librum de Anima;
24 super librum de Sensu et Sensato;
25 super librum de Memoria et Reminiscentia;
26 super librum de Causis;
27 super duodecim libros Metaphysicorum;
28 super decem libros Ethicorum;
29 super quatuor libros Politicorum;
30 super primum librum Perihermenias;
31 super librum Posteriorum.

Scripsit

32 super quatuor libros Sententiarum, cui non invenitur adhuc simile, cum plures alii post eum scripserint.

33 Tractatum de modalibus;
34 tractatum de Fallaciis;
35 opuscula contra impugnantes Dei cultum et religionem;
36 brevis compilatio theologiae;
37 de perfectione vitae spiritualis;
38 de regimine regum ad regem Cypri, quod quidem opus minime complevit;
39 de aeternitate mundi contra Averroistas;
40 de operibus occultis naturae;
41 de articulis fidei et Ecclesiae sacramentis;
42 contra errorem *(sic)* Graecorum;
43 expositionem super orationem dominicam;
44 expositionem symboli;
45 expositionem decem praeceptorum decalogi;
46 tractatum de unitate formarum;
47 de iudiciis astrorum;
48 de forma absolutionis;
49 de motu cordis;
50 de sortibus;
51 de rationibus fidei;
52 expositionem super primam decretalium;
53 declarationem quaestionum quarundam ad magistrum Ordinis;
54 declarationem quorumdam articulorum;
55 de ente et essentia;
56 de genere;
57 super Cantica Canticorum. Composuit autem
58 multa alia opuscula, quae a multis in diversis locis habentur.

Hic autem sanctus Doctor adscriptus est catalogo sanctorum a papa Ioanne XXII., anno Incarnationis dominicae 1323[1]) in Avenione, civitate Provinciae. Composuit autem et hic felix et sanctus Doctor

59 officium de Corpore Christi, quo devotius in Ecclesia Dei non dicitur nec cantatur.

§ 40. 20. Liste des Jakob von Soest (a Susato) O. P. (Soest).

Mitte des 14. Iahrhunderts.

Ex ms. S. Sabinae anni 1367 eruit *Mabillonius.*

Martène Edm. et *Durand* Urs., Veterum scriptorum . . . amplissima collectio, t. VI (Par. 1729), p. 365, 366.

Quétif-Echard, Scriptores O. P., t. I, p. 774*b,* t. II, p. 48*b,* 49*a.*

[1]) 1325 *falso ms.*

Brevissima Chronica RR. magistrorum Generalium ordinis Praedicatorum.

VIII. . . . *de beato Thoma Aquinate* . . . *(Martène* et *Durand,* l. c. p. 363, 365, 366). . . . Quo tempore (cum Thomas Parisiis baccalaurei cursum exerceret) scripsit

1 super quatuor sententiarum libros.

Triginta autem annorum exsistens, factus est sacrae theologiae magister, in quo magisterio annis fere viginti permanens, multa praeclara et magna conscripsit volumina, videlicet

2 Summam theologiae IV magnis voluminibus distinctam;

3 quaestiones multas, videlicet:
3*a* de veritate,
3*b* de anima,
3*c* de potentia Dei,
3*d* de malo,
3*e* de virtutibus.

4 Summam contra Gentiles.

5 Quolibeta XI.

6 Super Iob,
7 Isaiam, et
8 Threnos.
9 Super quinquaginta primos psalmos psalterii,
10 super Cantica,
11 super Matthaeum,
12 super Iohannem,
13 super omnes epistolas Pauli.
14 Opus continuum in quatuor evangelistas.

Opuscula multa, quae uno magno et insigni volumine continentur. Dictavit
15 fallacias in Logica.
Scripsit
16 super librum Perihermenias,
17 Posteriorum,
18 Physicorum,
19 de anima,
20 de caelo et mundo,
21 de generatione, et
22 super libros Ethicorum,
23 Politicorum, ac
24 Metaphysicae Aristotelis.

25 Super Dionysium de divinis nominibus, et
26 de caelesti hierarchia.
27 Super Boëtium de Trinitate, et

28 de hebdomadibus.
29 Officium Corporis Christi, ad mandatum Urbani papae IV. Haec
30 et multa alia praeclara edidit doctor hic gloriosus, quae brevitatis causa praetermittuntur. . . .

§ 41. 21. Liste des Ludwig von Valladolid O. P. (Val).

15. Jahrhundert.

Paris, nat. lat. 14, 707 (antea S. Victor. 278) saec. XV inc. f. 183v sq.
Martène Edm. et *Durand* Urs. O. S. B. Congr. s. Mauri, Veterum scriptorum . . . amplissima collectio, t. VI (Par. 1729), p. 555—564.
MD = Martène et Durand, opus citatum.
Interpunctio aliquatenus mutata. Numeri ab editore adiecti.

Sequitur numerus omnium librorum quos B. Thomas composuit et dictavit de diversis scientiis, divinis scilicet et humanis.

Donum autem scientiae et intelligentiae collatum divinitus S. Thomae evidentius declaratur in multiplici opere scripturarum. Qui ut scriba doctissimus, de thesauro cordis sui protulit nova et vetera, de novo scilicet et veteri testamento, et abscondita produxit in lucem diversarum scripturarum. Numerus autem et nomina librorum, quos ad Dei laudem et fidei dilatationem eruditionemque studentium ipse conscripsit, in sequentibus conscribuntur.

Scripsit enim
1 super quatuor libros sententiarum quatuor volumina, opus siquidem stilo disertum, intellectu profundum, intelligentia clarum et novis articulis dilatatum.
Primum incipit: *Ego sapientia*[1]) *effudi flumina.*
Secundum incipit: *Spiritus eius ornavit coelos.*
Tertium incipit: *Ad locum, unde exeunt flumina, revertentur.*
Quartum incipit: *Misit verbum suum et sanavit eos.*
Cumque post tres annos sui magisterii rediisset in Italiam, exsistens Romae, scripsit
2 iterum super primum sententiarum, sicut testatur in chronica sua[2]) frater Bartholomaeus, episcopus ⟨Torcellanus⟩[3]), qui diutius auditor eius fuit, asserens se vidisse in conventu Lucano; quod nunc non invenitur, quia clam sublatum fuisse creditur, et ideo non fuit multiplicatum.

I. *De Summa theologiae.*

Scripsit et admirabilem
3 Summam totius theologiae,
quam pluribus materiis et articulis ampliavit, et aliter, quam in scriptis suis secundum exigentiam materiae prioribus, miro et convenienti

---

[1]) sapientiae *MD.*
[2]) *Ptolom. Luc.,* Hist. eccl., l. 23, c. 15; oben S. 133, n. 70.
[3]) Corsulanus *falso MD.*

ordine per quaestiones et articulos distinxit, subtilioribus rationibus ipsos determinans et declarans, quos sanctorum doctorum auctoritatibus roboravit, et philosophorum dictis ornavit, fundavit et communivit. In quo opere cunctis theologiam ad plenum scire desiderantibus sic utiliter laboravit, quod viam sciendi et comprehendendi facilem, modumque compendiosum prius ignotum adinvenit et tradidit, non absque infusione doni gratiae specialis.

Summam autem praedictam in tres partes distinxit, scilicet in naturalem, moralem et sacramentalem.

In *prima* agit et definit de naturis rerum; primo de divinis, secundo autem de rebus creatis, et intitulatur *Prima pars Summae.* — *Secundam* autem partem moralem divisit in duo volumina, in quorum primo agit et definit[1]) de virtutibus et vitiis et aliis ad moralem materiam pertinentibus in communi, et intitulatur *Prima secundae.* In secundo vero volumine descendit ad materias virtutum et vitiorum, et diversorum hominum statum, et intitulatur *Secunda Secundae* respectu eiusdem materiae. — Tertia autem pars Summae est quartum volumen eiusdem, quae ideo *Sacramentalis* vocatur, quia in ea agitur de sacramentis Christi et ecclesiae, et de toto mysterio Incarnationis Filii Dei, et intitulatur *Ultima*[2]) *pars Summae,* quia finis est aliarum et ultimo facta fuit.

Quam cum scriberet in conventu Neapolitano, et in capella S. Nicolai eiusdem conventus oraret, frater Dominicus sacrista vidit ipsum in oratione positum quasi duobus a terra cubitis in aëre elevatum. Super quo frater ille diu admirans, subito audivit ab imagine crucifixi, ad quam conversus sanctus doctor orabat, prolatam clarius istam vocem: *Bene scripsisti de me, Thoma; quam ergo recipies pro tuo labore mercedem?*[3]) Scripserat enim de Christi Incarnatione, Nativitate, Passione, Resurrectione et Ascensione. Et respondit Thomas: *Non aliam mercedem accipiam nisi teipsum.* Et quia a Domino facta est de mercede quaestio, dabatur intelligi, de propinquo labor⟨i⟩[4]) suo fore terminum imponendum. Nam revera postea pauca scripsit, et scribendi et vitae suae cito finem fecit. Ideo praeventus morte dictam tertiam partem incompletam reliquit. Unde certe vera et fide digna doctoris huius approbata doctrina, quae divina revelatione[5]) suscipitur et veritatis verbo approbatur.

Prima pars Summae incipit: *Quia catholicae veritatis doctor.*

Prima Secundae incipit: *Quia sicut dicit Damascenus.*

Secunda Secundae incipit: *Post communem considerationem.*

Ultima pars incipit: *Quia Salvator noster.*

---

[1]) diffinit *MD.*

[2]) Tertia pars *nunc communiter.*

[3]) *Interpunctionem mutavi.* Bene . . . Thoma, mercedem. *MD.*

[4]) labore *MD.*

[5]) privata.

II. *De Summa contra gentiles.*

Scripsit etiam

4 Summam, quae intitulatur Contra gentiles,

in qua sic haereticorum errores scripturarum sua[1]) falce acutissima exstirpavit, sic contra paganorum et gentilium stultitiam arcu et gladio doctrinae suae praevaluit, quod de tali conflictu sibi hactenus nullus fuit similis. Gessit enim typum luciferi, splendens in coetu nubium plus quam doctores ceteri, purgans dogma gentilium. Est autem opus illud stilo disertissimo et rationum novitate et subtilitate profundissimo[2]). In quo praecique opere cum ipsum scriberet[3]), frequenter detentus est a sensibus exterioribus sic abstractus, ut videretur totaliter divinis intentus. Unde invitatus Parisius a beatissimo rege Francorum Ludovico, recedensque de studio suo, cum imaginatione, quam contra haeresim Manichaei praeconceperat, quam tunc temporis impugnabat, sedensque in mensa regis iuxta eum, subito virtute sibi divinitus inspirata, super mensa manu percutiens dixit: *Modo conclusum est contra haeresim Manichaei,* vocansquae socium suum ex nomine ait: *Surge et scribe* quasi esset in studio cellae suae. Prior autem istius conventus, qui ipsum sociaverat, tangens eum manu, dixit: *Animadvertatis, Magister, quia nunc estis in regis Franciae mensa, et non in cella.* Qui ad se rediens et animadvertens, ubi erat, inclinans se ad regem humiliter ait: *Parcatis mihi, domine mi rex, quia credebam me esse in studio, ubi contra Manichaei haeresim incoeperam cogitare.* De quo sanctus rex fuit plurimum admiratus et aedificatus, quod in homine fieret tantus per Spiritum raptus mentis, quem non impediret in aliquo sensus carnis. Tunc sanctus rex, vocato scriptore, mandavit ei, quod statim scriberet, quae doctori sancto fuerant divinitus revelata.

